



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

CLVII. De divisione Provinciæ S. Joa. Evangelistæ Insularum Azzorum, &  
Terseiræ Fratrum Min. de Observ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

Confirmatio  
recensitatum  
refolutio-  
num.

Clausulae.

excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodo libet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoltas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepofita plures emanata, ac ad alios Regulares extensa, per quae decernitur, quod Fratres Ordinum Mendicantium ab Ordinariis Locorum, seu ab aliis Regularibus prohiberi minimè possint, quin per se ipsos in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas querant, sed tantum, si extra loca, ubi Conventus reperiuntur, queritare voluerint, suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere teneantur per Nos confirmari plurimum desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulare personas a quibus excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodo libet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoltas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepofitorum consilio, binas resolutiones predictas a memorato Capitulo Generali factas, ut praeferatur cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium pro nunc confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodo libet intervenerint, supplemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sive in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesiarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis Piorum Operariorum praedictorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Confuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodo libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die I. Aprilis MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno Decimo-septimo.

CLVI.

Confirmantur Privelegia, & Decreta Congregationis Episc. & Reg. ne quis vetat eleemosynam quæriter Fratribus Discalce. S. Francisci Strictioris Observ.

Inn. XII. Conf. ed. 1697. Maij 4. P. 6. declarata fuere quædam Privelegia FF. Strictioris Observ. Benedicti XIII. Conf. ed. 1725. Dec. 10. P. 2. confirmantur Privelegia Mendicantium. Et Conf. ed. 1727. Sept. 20. P. 4. Provincia Reformata Vallis de Mazzara conceditur receptio eleemosyna pro Missis.

Dat. 8. Julii  
1717. An. 17.

CLEMENS PAPA XI.

*Ad perpetuum rei memoriam.*

Preces Fratrum Provincie Matritensis, aliorumque Canobiorum pro confirmatione facultatis querendi eleemosynam.

Exponi Nobis super fecerunt dilecti filii Fratres Discalceati Provincie S. Josephi Matritensis, omniumque Regnorum tam in Hispaniis, quam Conventuum ubique existentium Ordinis S. Francisci Strictioris Observantiae numerupat, quod ipsi privilegia eis a fe. rec. Sexto PP. IV. Praedecessore nostro in §. VIII. Bullæ Auri concessa, necnon Decreta a Congregatio-

ne tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepofita plures emanata, ac ad alios Regulares extensa, per quæ decernitur, quod Fratres Ordinum Mendicantium ab Ordinariis Locorum, seu ab aliis Regularibus prohiberi minimè possint, quin per se ipsos in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas querant, sed tantum, si extra loca, ubi Conventus reperiuntur, queritare voluerint, suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere teneantur per Nos confirmari plurimum desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulare personas a quibus excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodo libet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoltas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Cardinalium.

Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: sive in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesiarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provincia, & Ordinis praedictorum etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Confuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodo libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Julii MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-Septimo.

Confirmatio  
præd. Privi-  
legiorum, &  
Decretorum.

Clausulae.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de divisione Provinciae S. Joannis Evangelistæ Insularum Azzorum, & Terfeiræ Fratrum Min. de Obsery.

Inn. XII. Conf. ed. 1700. Jul. 10. P. 9. confirmata fuit alternativa in d. Provincia. Hujus Pontificis Conf. ed. 1712. Dec. 23. P. 13. revocata fuit dismembratio Cœnobiorum a Provincia Neapolis FF. Discalce. Et Inn. XIII. Conf. ed. 1722. Jun. 22. P. 2. extat commissio Nuncio Neapolis super d. dismembratione.

CLVII.

CLE-

## CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

**N**uper pro parte dilectorum filiorum modernorum Ministri Provincialis, atque Diffinitoris, omniumque fratrum Provinciae S. Joannis Evangelista Insularum Azzorun, & Terceira respectiva nuncupat, altarumque Insularum Matis Oceani temporali ditioni Charissimi in Christo Filii nostri Joannis Portugalliae, & Algarbiorum Regis Illustris subiectarum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita expoito, quod praedicta Provincia magno Conventuum, & Religiosorum numero abundans, quippe que ultra parvos Conventus, seu Hospitii, Oratoria, & Monasteria Monialium, que retinebat ab aliis septendecim conspicuis Conventibus constituebatur, & quingenitos, & ultra Religiosos numerabat, difficultime, & non sine magno ejusdem Provinciae praedictio, ac deplorabili Regularis observantiae discriminine, & relaxations ab uno tantum Ministro Provinciali regi, gubernari, & visitari poterat, nam cum praedicta Insula, & signanter supradicta de Terceira, aliaeque adjacentes adeo longa Maris intercapidine ab aliis Insulis Azzorum disjungentur, ut Minister Provincialis pro tempore existens pro explenda visitatione de Conventu ad Conventum iter aliquando centum quadraginta leucarum per Mare Oceanum aggredi opus haberet, hinc eveniebat, quod aut nunquam, aut raro omnium, & singulorum Conventuum visitatio per illum compleri valebat; Et si aliquando aliquis ob disciplina Regularis zelum in tam vastum Pelagum se committere ausus fuerat, sive saepius zelum suum sibi exitiale expertus fuerat, nam aut vorticibus absorptus, aut a Piratis deprehensus nullam utilitatem sed sibi exitium, Provinciae luctum, & subsequentibus Ministeris Provincialibus exemplum, ne similia tentarent, induxerat. Quinimo nedum Minister Provincialis, sed quamplures etiam alii Religiosi, dum de Insula in magis distantem Insulam vigore obedientia, aut ob exercenda Religionis officia transfretaverant, confimilia infortunia passi fuerant, nam aut perierant in Mari, aut Piratarum Algerinorum mancipia evaserant. His etiam accedebant innatae animorum aversiones, & antipatiae, quibus Religiosi Nationales alii alios infectabantur, unde mutua discrimina, & continua dissensiones inter Religiosos Insularum Sancti Michaelis, & Sancte Mariae unam Nationem, ac alios Insula Terceira, reliquarumque adjacentium aliam factionem respective constituentes dimanabant, adeoque hujusmodi dissidia ita excreverant, ut miscentibus sese illis etiam secularibus utriusque nationis, tantum scandalis non obruta fuisset, dum prae ceteris Conventus dictarum duarum Insularum Sancti Michaelis, & Sancte Mariae ab eodem Ministro Provinciali, qui ex praedicta Insula Terceira fuerat, se subtraxerant, utque magis illa non exardecerent Minister Generalis dicti Ordinis dictam perniciofissimam rebellionem mediante deputatione unius Commissarii cum Jurisdictione, & superioritate in eodem Conventus tolerare coatus fuerat, ideoque, ut tot prajudicia, incommoda, & scandala praefata Provinciae de medio tollerentur, ac in illa debita quies, & Regularis disciplina restituerentur, debitumque gubernium per superiores exerceri valeret pro parte eorumdem Exponentium eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut illam scindere, &

separare, constituendo quidem ex decem Conventibus, & ex aliis exiguis Domibus, seu Ora toriis, vel Hospitiis, ac Monasteriis Monialium que sunt in Insula praefata de Terceira, & aliis quinque adjacentibus, cum tercentorum viginti Religiousorum numero unam Provinciam cum re tentione ejusdem nominis Provinciae sancti Joannis Evangelista, ac cum eodem sigillo, titulis, & prerogativis, quibus a fel. rec. Urbano Papa VIII. Praedecessore Nostro erecta fuerat, ex aliis vero septem Conventibus cum eorum Hos pitii, Monasteriis Monialium, & aliis parvis Conventibus, si qui in duabus Insulis S. Mariae, & Sancti Michaelis essent, unam Custodiad sub titulo, & denominatione Custodiae Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae Insulae ejusdem S. Michaelis ab uno Custode, & duobus Diffinitoribus regendam, & gubernandam, que dilecta etiam filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Generali subjecta esse deberet, concurrente in id praedicti Joannis Regis beneplacito erigere, & creare dignaretur. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimum, & Reverendissimum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepro fita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum benigne remisit, vissi re latione P. Procuratoris Generalis Ordinis, ac Juribus deducitis, reque mature per pensa, referente Eminentissimo de Abdua, Oratorum precibus indulsit juxta petira. Roma 15. Januarii 1717. F. Cardinals de Abdua. R. Archiepiscopus Damascenus Sec. -- Loco ✠ Sigilli.

J. 1. Cum autem, sicut pro parte Ministri Provincialis Diffinitoris, ceterorumque Fratrum praedictorum Nobis subinde exppositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communicii plurimum desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicati onis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiastici sententias, censuris, & penitentia Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss, si quibus quomodolibet innovatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutes fore censemtes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjiciamus; salva tamen semper in praemissis auctorita te praefata Congregationis Cardinalium.

J. 2. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respettive inviolabilitate observari: sicutque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conigerit attentari.

J. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis praefatorum, aliisve quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo ro-

ANNO  
1717.  
Divisio in  
Provinciam  
Sancti Joan  
nis Evange  
listae, & Cu  
stodiam SS.  
Concep  
tio  
nis B. M. V.

Decretum d.  
Congrega  
tionis appro  
bans recenti  
tam divisio  
nem.

Præces Pro  
vincie.

Confirmatio  
relati Decre  
ti.

Clausula.

bore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Julii MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno Decimo-septimo.

CLVIII.

Conceditur translatio Indulgientia plen. perp. in festo S. Scholasticae in diem translati felfi pro Congregatione Monachorum Bursfeldensium in Germania.

*Hec indulgentia concessa fuit a Clem. X. Conf. ed. 1671. Dec. 19. P. Eadem translatio præmissa fuit in Festo S. Benedicti ab Inn. XI. Conf. ed. 1679. Sept. 26. P. 3.*

Dat. 31. Julii  
1717. An. 17.

## C L E M E N S P A P A X I.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Preces Congregationis Bursfeldensis, & Causa translationis d. Indulgientia a Clem. X. concessa.

Cum dudum fel. rec. Clemens Papa X. Prædecessor noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorundamque Monasteriorum tam Monachorum, quam Monialium Regulam Sancti Benedicti profitentium eatenus erexit, & imposterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus die festo Sanctæ Scholasticæ Sororis ejusdem Sancti Benedicti, a primis Vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi anni singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effundent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concesserit, prout in ipsius Clementis Prædecessoris Literis die 19. Decembris 1671. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberior continetur. Et sicut pro parte dilectorum filiorum Monachorum Congregationis Bursfeldensis in Germania Ordinis Sancti Benedicti Nobis nuper expositum fuit, festum ejusdem Sanctæ Scholasticæ, quod die X. Februario celebratur, aliquando in aliquam ex Dominicis, sive Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinquagesimæ, & Quadragesimæ, vel in diem Cinerum incidat, eaque de causa in alium diem transferatur, ac propterea dicti exponentes opportune super hoc a Nobis providerit, & ut infra indulgeri plurimum desiderent. Nos eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiastici sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati ut quandocumque memoratum festum Sanctæ Scholasticæ ex causa prænarrata ad alium diem transferatur, Christifideles prædicti, qui aliquam ex Ecclesiis supradicta Congregationis Bursfeldensis eo die, ad quem translatio hujusmodi facta fuerit, devote pariter visitaverint, ceteraque omnia in Literis prædictis præscripta adimplerent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem a præfato Clemente Prædecessore, sicut præmittitur, concessam consequantur, in omnibus, & per omnia, perinde ac si præmissa omnia in ipso festo non translati adimplerent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium in perpetuum concedimus, & indulgemus.

§. 1. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, de non concedendis Indulgencie ad instar,

aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXXI. Julii MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno Decimo-septimo.

Clauſula.

CLIX.

Conceditur Indulgientia plen. perp. in festo Sancti Raymundi de Peñafont, & Petri Nolasci pro Ecclesiis Ordinis B. M. de Mercede.

Alex. VIII. Conf. ed. 1690. Jul. 28. P. 1. extat communicatio Privilegiorum, & Indulgientiarum aliorum Regularium. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1728. Jul. 14. P. 5. confirmatur cultus immemorabilis B. Serapioni exhibito.

## C L E M E N S P A P A X I.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Dat. 4. Aug.  
1717. An. 17.

Exordium.

In iunctâ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cælestium munierum thesauros dispensationi nostrâ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Calis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ Matris de Mercede Redemptionis Captivorum nomine nobis humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotens Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex quorundamque Conventuum dicti Ordinis tam haec genus erexit, quam in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus die festo Sancti Raymundi Pennafort, ejusdem Ordinis, una cum Sancto Petro Nolasco Fundatori a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi anni singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporis valiturs.

§. 2. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Augusti MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-septimo.

Clauſula.

CLX.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de suffragio Ex provincialium, Exzelsorum, & Ex collegarum Ordinis S. Francisci de Paula.

Conf. ed. 1710. Feb. 6. P. 10. concessa fuit alternativa tripartita pro Provincia Messanen.

CLE-

Concessio  
præd. Indul-  
gentia ob  
preces Pro-  
curatoris  
Gen.

Concessio  
translationis  
Indulgientia  
a die 10. Feb.  
in diem trâ-  
lati festi.